

brum signatum, verum det intellectum, rectum monstret ordinem, & verba suggerat ad docendum necessaria & ad ædificandum utilia; cum Regio Propheta dicat: *Domine, revela oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua, ne auferas ab ore meo verbum veritatis usq; quaque, da mihi intellectum, & scrutabor legem tuam ex Psal. 119, 18, 34. & 43.*

Dicat cum Augustino ex lib. *n.* confid. cap. 2. *Domine attende, & miserere mei, Domine Deus meus, lux cæcorum & virtus infirmorum: largire spatium meditationibus nostris in abdita legis tuæ, neque adversus pulsantes claudas eam. Vide Pater, & adspice, vide & approba, & placeat in conspectu misericordiæ tuæ, invenire me gratiam ante te, ut aperiantur pulsanti mihi interiora sermonum tuorum. Obsecro per Dominum nostrum Jesum Christum, filium tuum, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi: ipsum quaero in libris tuis &c.*

Hujusmodi preces magnopere com-
men-